De nona pena

Quem cum tumultu magno trahentes illum venerunt ad quoddam flu-
men latissimum ac fetidissimum coopertum igne sulphureo
et dixerunt: Sub isto flumine nostrum infernum fore. Ultra flumen uero
illud pretendebatur pons qui ultra modum fuit lubricus erat et incapux
ita gracilis quod vix unius pedis hominis sufficiebat. Fuit et sic al-
tus a flumine quod non erat modus. Hec enim tria erant omnibus valde pertime-
scenda et coegerunt illum transire pontem dicentes: Nos commovebimus
ventos maximos et turbines qui te in flumen infernum preciperent. Hec uero
dixerunt volentes ipsum terrere, item ut compulsus timore consentiret ipsis.
Ille autem angustiatus recordans quantam misericordiam sibi fecit dominus et de
ceteris periculis ipsum liberavit, super suam firmiter pontem in domino atque cum
fiducia magna se redemptori omnium commendans compulsus ademerit
ubi procedebat et quanto altius ascendit tanto ampliori spacio pons
augebatur. Ita ut paulatim successus item ut duo carri exci-
perent se obviam concurrentes. Porro demones non poterant ultra prosequi mi-
litem sed super ad pedes pontis stabant expectantes casum illius. At cum
vidissent illum liberum per dei adiutorium transire tantis vocibus clamaba-
nt ad usus illum ut magis horrorem sibi incuterent quam in aliqua pe-
na quam prius expertus fuisset. Et quamvis penas inferni pertransiit ideo aliquid de
tormentis inferni dicere nesciebat, tamen ut credimus quod fuit in tanto ma-
iora preteritis penis quanto lux differt a tenebris. Videns autem
miles demonum catervas subsistere non valentes ulterius progredi per-
rexit cum angelo ibat quem ei dominus eodem momento miserat addu-
catum perstandum. Sic quoque ambo progredientes per longam viam et quanto plus
ibant tanto amplius lux diei accrescebat, usque dum visus omnino ap-
paruit eis adhuc ambulantibus murus altus. De gaudiis paradisi

u u pervenisset ad locum videbat portam clausam, cui cum ap-
propinquasset porta statim aperta est eis et tanta suavitas odo-
ris egressa est ut si totus mundus verteretur ad genera aromatum non vinceret
magnitudinem suavitatis illius. Cum odorem cum sensisset miles